

Partitio VII.

De quibusdam alijs causæ finalis difficultatibus.

*Num. 21.
Per quid
causæ causæ
finalis.*

*An possit
causare in-
cognitum.
An causæ
secundum
est realis.*

*Quænam
habeant ra-
tionem finis?*

*Resp. ad pri-
mam.*

*Resp. ad se-
cundam.*

Nonnullæ parui momenti difficultates circa causam finalē superfunt expedienda. *Prima* est an causa finalis causet per esse cognitum, seu an voluntas possit amare aliquid incognitū?

Secunda supposito quod id fieri nequeat naturaliter, an saltē diuinus id contingere possit?

Tertia. An causa finalis causet secundum suum esse reale, an verò secundum suum esse cognitum? pro quo nota ens reale causa finalis dupliciter considerari posse. *Primo* ut illud esse reale est existens in rerum natura. *Secundo* prout est in intellectu, vocaturque non solum esse cognitum, sed esse cognitum reale.

Quarta. Quænam habeant rationem finis, & quænam agentia agant propter finem? denique quinam sint effectus causæ finalis?

Respondeo ad *primam* negatiū. Probatur *primo* ex illo communissimo nihil volutum quin prius cognitum, & ex Sancto Aug. 10. de ciuitate Dei cap. primo dicente quod incognitum nullus amare potest. *Secundo* voluntas est potentia cœca, & tamen est potentia rationalis; potentia autem rationalis non operatur, nisi rationalib[er]ter, operari autem in incognitum est operari irrationalib[er]ter, igitur cum voluntas non operetur irrationalib[er]ter, neque operabitur in incognitum. Deinde antequam voluntas velit aliquid, debet ipsi proponi ab intellectu, & per consequens debet esse præconitum.

Respondeo ad *secundam* affirmatiū nimirum voluntatem posse virtute diuinā amare aliquid incognitum, quamvis id multi negent; probatur tamen *primo*: si quid impedit, est, quia voluntas operaretur irrationalib[er]ter; sed hoc non accideret, ergo neque id impedit. *Major* videtur esse vnum principale fundamentum contrarie opinionis; *Minor* probatur: quia Deus impedit, ne voluntas irrationalib[er]ter operatur, idemque faceret, ac præstat clafè videns cœcum ducens, cœcum enim, si solus ambulet, temerè faciet, & irrationalib[er]ter, at verò si ambulet ductus à clare vidente, in nulla incurrit incommoda, ita dic de voluntate diuinus incognitum amante. Probatur *secundo*: præcipuum etiam fundamentum contrarie opinionis est, quod voluntas sit essentialiter subordinata intellectui, & proinde quod non possit, nisi dependenter ab intellectu operari; & per consequens nisi circa obiectum cognitionis ab intellectu, at quod est essentialis alicui, ab eo ne quidem diuinus potest tolli; sed voluntas est essentialiter subordinata ipsi intellectu, ergo non potest operari absque præuius intellectu, & cognitione.

Hoc tamen fundamentum nullum est; quia licet voluntas, & intellectus sint potentiae essentialiter subordinata secundum se, id est quatenus sunt tales potentiae, non sunt tamen essentialiter subordinata quoad suos actus, nam experientia compertum est, quod voluntas elicet aliquos actus nullis præuijs actibus intellectus. Ut contingit in motibus primo primis, ergo non

repugnat, quia voluntas feratur in aliquid incongitum, id est quod amet rem aliquam non cognitam ab intellectu, id afferunt plures extatici dicentes se hoc fuisse expertos, sive que voluntate adamatum esset Deum, non tamen cognitum, & haec duæ probationes non modò probant responsum, sed & destruunt contrariae opinione fundamenta.

Respondeo ad tertiam causam finalē non causare secundum suum esse reale iam existens, sed secundum suum esse reale cognitum, Probatur *prima* pars. Tunc causa non causat amplius, quando habetur eius effectus, sed habitio existentia finis est effectus causa finalis, ergo non causat secundum illam causalitatem iam habitat: hocque patet exemplo sanitatis; sanitas enim non causat in agro desiderium sui, quando iam habetur, quia iam completum est desiderium, nam desiderium est de re absente, causat ergo quando concipitur ab agro secundum esse, quod habet in intellectu, at agrotus non modò cogoscat sanitatem intelligibilem, sed sanitatem veram, atque realem, nam si solummodo causaret sanitas secundum suum parum esse cognitum; agrotus non appeteret sanitatem veram & realem, sed tantum in esse cognito, sicque nunquam vere ipsi agrotus sanaretur, quia sanatur vere tantum per realem sanitatem; illa ergo cognitione sanitatis non erit principialis causa finalis, sed conditio sine qua causa finalis non finalizat; nam nisi agrotus cogoscat sanitatem, non expetet sanitatem, illud ergo esse cognitionem est tantum conditio sine qua non: & sicut finis essentialis ferræ est frondere, ad hoc tamen, ut scindat necessariò possit scindit, durities tamen non est, nisi conditio necessaria, ita dic de esse cognito in causa finali.

Respondeo ad quartam difficultatem, ea *quarta*. Respondeo ad quartam difficultatem, ea *quartam*. omnia habere rationem finalizandi, quæ habent rationem bonitatis, prout deque negationes, & priuationes, prout dicunt aliquam rationem bonitatis, secundum hoc habere possit rationem finalizandi: item & relationes secundum eos, qui voluntas dicere aliquam perfectionem, Itaque omnia agentia, quæ mouebuntur ab aliis, quæ bonitate, dicunt agere propter finem & præsertim agentia libera: *primo* quidem Deus agit propter finem, quia nihil temerè facit, ut patet ex sacra scriptura: *Omnia operatus est Dominus propter semetipsum*, homo item agit propter finem, est enim agens liberum, & agens cum consilio & prudentia, moueturque à bonitate obiecti, imò agentia non viventia agunt propter finem, quantum magis viventia?

Pro solutione tamen obiecitionum, quæ possent in contrarium proponi, adverte quod duplicitate possit agi propter finem: *primo* propter finem ab ipso agente cognitioni, quomodo agunt ipsa agentia libera Deus, Angelus, & homo; cetera vero agunt propter finem sibi quidem convenientem, sed non cognitioni à se, cognitioni tamen ab auctoritate naturæ; sic quando lapis mouetur infra, agit propter suum finem, quia finis lapidis est esse infra, non tamen lapis cognoscit illum finem: si licet sagittæ non cognoscat ipsum Scopum, in quem collimat ipse sagittarius, tamen Scopus cognoscitur ab ipso sagittario.

*Resp. ad ter-
tiam.*

*Resp. ad
quartam.*

*Dupliciter
aliquis agit
propter finem
per finem.*